

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Beda expositio in Lucam - Cod. Aug. perg. 64**

**[S.I.], [1. Drittel des 9. Jh.]**

Liber II

[urn:nbn:de:bsz:31-1401](#)

sufficiat. Verum quae sequuntur gesta uel dicta saluatoris non solum nostrae quida. sed & legentum commodo consulentes ab alio magis intueamur exordio Hesiod quoenam modo ut augustinus ait ita libri termino reficitur lectoris intentio sicut labor uiatoris hospitio.

**EXPOSITIONIS IN  
LUCAM LIBER PRIMUS EXPLIQUIT**

**INCIPIT LIBER  
SECUNDUS**

**E**cclesiastica narrat historia beatissimum iohannem apostolum usque ad ultimum paene uite suae tempus absque ullius scripturae indicis euangelium praedicasse

**S**ed cum trium inquit euangeliorum & iam adipsum notitia peruenisse. probasse quidem dicitur fidem & ueritatem dictorum: De esse tamen uidetur aliqua & ea maxime quae primo prædicationis suae tempore dominus gesserat. Cestum est enim quod insuperioribus tribus euangelistis haec uidentur sola contineri. quae in eo gesta sunt anno quo iohannes baptista uel inclusus est in carcere uel punitus. Denique si obserueris statim initia narrationum posteaquam refert mattheus de quadraginta dierum ieunio. & de temptatione eius. continuo subiecit dicens

**A**udiens autem quia iohannes baptista traditus est. secessit.

a iudea & uenit ingalilaeam.  
sed & marcus similiter. Postea quā  
inquit traditus est iohannes uenit  
ihs ingalilaeam. Lucas uero  
& iam priusquam incipiat aliquid  
de aliis referre ihu. Dicit. quia  
adiecit herodes super omnia mala  
quae gesserat. & incluserat iohan  
ne incacerem. Quia inquam  
ab his haec uidebantur omissa.

<sup>xv</sup>  
Rogatus dicitur iohannes aposto  
lus. utea quae praefererant  
prioris ante traditionem iohan  
nis. saluatoris gesta describeret.  
Et ideo dicit in euangelio. haec fecit  
initio signorum ihs. iterum in  
alio loco indicat dicens. Nondum  
enim iohannes missus fuerat in  
carcerem. Ex quibus constat  
quod ea quae antequam iohannes  
tradiceretur. ab ihu fuerant gesta  
describit. His memoratae  
historiae dictis. initium huiusc.  
hoc est secundi nostri in lucam  
libelly pretermunire cœsumus.  
ne quis legentium putaret  
ea quae per ordinem sunt  
exponenda. Post dierum

quadraginta ieiunium confessum  
facta. sed post aliquot adno  
miracula uel in iudea uel ingali  
laea patrata potius animaduerte  
re esse secuta.

<sup>xvi</sup>  
**E**T REGRESSUS EST IHS  
IN UIRTUTE SPIRITUS  
INGALILAEAM ET FAMA  
EXIT PER UNIuersam  
REGIONEM DE LLO ET IPSE  
DOCEBAT IN SYNAGOGIS  
EORUM ET MAGNIFICABATUR  
AB OMNIBUS.

**U**istutem spiritus signa mira  
lorum dicit. sicut & alibi iudei  
admiranter. Unde inquit huic  
sapientia haec & uirtus. Sapientia  
uidelicet addocrinam. uistutem  
uero ad opera referentes. Quae  
utraq; pariter & in hoc loco lungun  
tur. dum ihs & in uirtute sp̄ ingressus  
esse & in synagogis eorum  
docuisse prohibetur. Unde merito  
& magnificatus a praesentibus  
& per absenter quosque fama

uulgatus asseueratur quod non <sup>xviiij</sup> utiq; nisi praecedentibus factorum dictorum ue fieri poss& indicis sed horum tempus & ordinem in iohannis ut dictum est euangelio quisque quae sierit inueni& Cuius ut cōcera prae&mittens unum solummodo testimonium ponam Cum ueniss& inquit ab ingalilaciam exceperunt eum galilaei cum uidissent omnia quae fecit in hierosolimis inde festo Notandum sane quod primo ih̄m uisitatem sp̄s demons trasse & post doctrinæ gratiam ministrasse Primo deustitutibus famam egressam & sic doctrinā magnificatam esse commemo rat luxa ordinem uidelic& quem & in actibus apostolorum breui ter commendare curauit Quae coepit ih̄s facere & docere Prius enim facere & postea posuit docere Nequi doctor auditoribus suis quae nodum factis ipse patravit imperare prae sumat

62

**E**T UENIT NAZARETH ubi ERAT NUTRITUS ET INTRAUIT SECUNDU CONSuetudinem suam die sabbati insyna goclam **S**inagoga grecæ latinae dicitur congregatio Quo nomine non solū adfluentium turbarum conuentū sed & domum qua ad audi endum dicendumue diuerbum conueniebant iudei appellare solebant Unde dñs ad annam pontificem Ego semper inquit docui in synagoga & in templo quo omnes conueniunt iudei sicut & nos ecclesias fidelium & loca & choros uocitamus **C**lerum differt inter synagogā quae congregatio & ecclesiam quae conuocatio Interprætatur quod uiceris instrumenti populus utroq; uocabulo Noui autē tantū ecclesia nuncipatur quia uidelic& & pecora & in animæ quaeq; res congregari in unum possunt Con uocari autē non nisi ratione uentia possunt Ideoq; nouae gracie populū quasi maiori dignitate praeditum

rectius conuocatū in unitatem  
fidei quā congregatum dicere Id ē  
ecclesiam quā synagogā nominare  
apostolicis scriptorib; & doctoribus  
uisum est. Confluebant autē die  
sabbati in synagogis. Ut iuxta  
quod dñs praecepit. Uacate & audiē  
qm̄ ego sum dñs feriatis mundi nego  
tus ad meditanda legis monita  
qui & co corde residerent.  
**C**uius eo die deuotionis agendae  
hactenus in ecclēsia perdurat indicū  
quae ad memoriam prisce relegio  
niscanticū deutero nomii in quo  
universus ueris populi status  
quid uidelicet offensō quid propi  
tio dō meruerit continetur  
non nullis in locis sabbato dicere  
consuevit. alioquin esset p̄ae  
posterum ut priorib; septimanae  
dieb; prophētarum dictis carminib;  
morti ultimum diceretur. Intra  
uit ergo ih̄s die sabbati in synago  
gam. ut ritum legis mo saicæ  
cumulogratie caelestis adimpleret.  
**E**t surrexit legere et  
traditas est illi liber  
prophetæ esaiæ.

Indicum quidem humillimæ  
dispensationis est quod inter ho  
mīnes ministrare non ministrari  
uenerat. quod & iam lectoris sus  
cipere non de dignatur officium  
sed altiore prouidentia lucas  
alectione & explanatione pro  
phētæ gesta dñi scripturus in  
choauit. Quia scilicet omnis pro  
phētæ scripture ad ipsam usq;  
pertinens per ipsum nobis aperien  
da & in ipso constiterit adimplenda  
Unde & utrumq; hoc in euangelio  
sufine manifestius explicat  
cum posito prius dicto saluatoris  
qm̄ necesse est impleri omnia  
quae scripta sunt in lege morti  
& prophētis & psalmis clēme mox  
ipse subiunxit. Tunc aperuit  
illis sensum ut intellegerent scrip  
tuas. surrexit igitur legere ih̄s  
ut quos noua signorum operatio  
ne non uesterat uel prophētæ  
lectionis adtestatione corrigeret.  
**E**t ut reuolutum librum  
inuenit locū ubi scriptū erat  
**P**ulchrae librum prophētæ  
clausum accipit sed reuolutū legit

qua m̄isterium incarnationis suae  
proph̄karum uoce praescriptum.  
& prius suscepit exhibendum. &  
post intellegendum mortalib; aperuit.

**SPIRITUS DNI SUPER ME**  
PROPTER QUOD UNXIT ME  
EUANGELIZARE PAUPERIB;  
MISIT ME PRAEDICARE  
CAPTIUIS REMISSIONE

ET CAECIS UISUM

**I**oquens super deuotione  
gentium & ecclesiae confirmatio  
nem per prophetam saluator cū  
Inter concera dicer& Ego dominus in  
tempore eius subito faciam istud.  
Confestim hoc quod hic lectum  
est intulit. spiritus dominus super me non  
quo dominus dominus habeat dominus dominus. sed  
quo iuxta dispensationem carnis  
adsumpte dicat ea qua e humilia sunt.

Ad quem psalmista iam dixerat. Di  
lexisti iustitiam & odisti iniquitatem.  
propterea unxit te dominus tuus oleo  
la&titiae preconsolibus tuis.

Quando enim consolantes nominantur  
natum carnis intellege qua  
di consolantes substantiae suae nos  
hab& & quia erat unctio

spiritualis & nequaquam humani  
corporis ut fuit insacerdotibus  
iudeorum i d<sup>r</sup>ecto preconsolab;  
id est concieris sanctis unctus es se  
memoratur. Cuus unctio illo  
expl&a est tempore quandobapti  
zatus est in ordine. & spiritu scnc  
tus in specie columbe descendit  
super eum & mansit in illo.

**U**ncus est igitur oleo spirituali  
& uisitate caelesti ut pauperatatem  
conditionis humanae thesauro  
resurrectionis rigat & a&erna.

Captiuatatem mentis autem teretur.

**&** caecitatem inluminat & animo  
rum Beati inquietis pauperes  
quia uestrum est regnum dominus.

Et iterum. siuos filius liberaue  
rit uere liberieritis Et iterum.  
Qui sequitur me. non ambulabit

**M**in tenebris sed habebit lumen uite

**O**MITTERE CONFRACTOS  
IN REMISSIONEM PRAEDI

**C**A RE ANNUM DomiNus ACCEP  
TUET DIE RETRIBUTIONIS

**S**acrificium inquit dominus spiritu  
contribulatus cor contritum  
& humiliatum dominus non spernit.

Atque ideo missum siue unctum  
sedicit admedendum conftractis  
siue contritis corde iuxta quod  
& psalmista de illo quisānat inquit  
contritos corde & alligat con-  
tritiones eorum. Uel ceste dimittit  
terre conftractos in remissionem  
eos quilegis pondere graui atq;  
in postabili fuerant depresso  
releuare atque in remissionem  
uenit gratiae spiritualis admittere  
Ethoc ipsum est praedicare  
annum dñi acceptum.  
Tunc enim uerus iobelei id est  
liberatatis annus aderat.  
Tempus uidelicet ecclesiae quo  
Incorpore uersata peregrinatur  
Adño, De quo psalmista canit.  
Benedices coronā anni benigni-  
tatis tuae Neque enim ille quo  
dñs praedicabat solus fuit ac-  
ceptabilis sed & iam iste quo  
praedicat apostolus dicens Ecce  
nunc tempus acceptabile. Ecce  
nunc dies salutis. Post annum  
sanedñi acceptabilem & iam diē  
retributionis extremae praedicat  
dicens Filius enim hominis uenit

est ingloria sua cum angelis  
suis & tunc reddet unicuique  
secundum opus eius. Ad cuncta  
igitur haec euangelizanda uel  
agenda Ideo se dicit missum. quia  
sp̄s dñi est super eum.  
Et cum plausisset LIBRUM  
REDDIDIT MINISTRO ET SEDIT.  
Librum dñs omnibus qui ad  
erant audientibus legit  
Lectum uero ministro reddidit  
quia sicut ipse alibi testatur  
Cum esset in mundo palam  
locutus est mundo. semper  
docens in synagoga & in templo  
quo omnes iudaei conuenire  
consueuerant. sed ad caelestia  
regressurus his qui ab initio ipsi  
uiderunt & ministri fuerunt  
sermonis euangelizandi officium  
transdidit. Et bene stans quidem  
legit sed libro reddito resedit.  
Stare enim operantis sedere  
qui escentis uel iudicantis est. quia  
dñs ih̄s xps ut uiam nobis scientiae  
quaedam erat scripta patefacere  
Ad tempus in carne dignatus  
est operari Per acto autē pia-

dispensationis officio discipulos  
suae doctrinae sequaces elegit  
seque supernae quicquid solo resti-  
tuit. Unde & nunc occulto in  
dicio cuncta dispensat & infine  
totius saeculi iudex manifestus  
appareat simul exemplum mis-  
tice proponens ut uerbi quisque  
praedicator eiusdem sit & iam  
factor. Surgat legat & resedeat  
hoc est operae & predicatione & sic  
praemia quicquid expectat & notan-  
dum quia librum ipsoreuolutum  
legit. Ministro autem plictum  
reddidit quia & ecclesiam suam  
missum a patre spiritu ueritatis  
docuit in omnem ueritatem &  
tamen non omnibus omnia dicen-  
da sed pro captiuu audientium  
uerbum doctori dispensandum  
suo praemonebat exemplo. Cum  
aut multa habeas uobis habeo uo-  
bis dicere sed non potestis illa  
postare modo.

**E**t omnia insynaco  
oculi erant intendentes  
in eum coepit autem dicere  
ad illos qui hodie impletar-

EST HAECA SCRIPTURA IN .

AURIBUS UESTRIS

**T**neo utique implita quia sicut  
illa praedixerat & magna faciebat  
& maiora dñs euangelizabat Quod  
igitur manus quaerimus testimo-  
nium quam quod se fuisse qui lo-  
catus est in propheticis propria uoce  
signauit remouens sacrilegia per  
fidorū qui alium dñm dicunt ueroys  
testamenta alium noui. Uel qui  
initium xp̄i dicunt esse de virginē  
Quomodo enim coepit exurgine  
qui ante virginem loquebatur

xxi

**E**T OMNES TESTIMONIUM  
ILLI DABANT ET MIRABANTUR

IN UERBIS GRATIAE QUAE

PROCEDEBANT DE ORE ILLIUS,

**T**estimoniū illi dabant adtestan-  
do illum uere ut dixerat  
eum esse de quo cecinere pro-  
phetae. Uere sp̄s sc̄i gratia  
per unctum. Uere se pauperes/  
caecos/captiuos atque confractos/  
illiū per omnia indigere muneribus.

**E**T DICEBANT, NON NE HIC  
EST FILIUS IOSEPH

Quanta nazarenorum caecitas

qui eum quem in uerbis factisq;  
xp̄m esse cognoscunt ob  
generis tantum notitiam con  
temnunt quorum tamen error  
salus nostr̄ est & hereticorum  
condemnatio. Intantum enim  
cernebant hominem ih̄m xp̄m  
& hunc filium ioseph. & iuxta  
alias euangelistas fabrum uel  
fabri clamarent filium;

Inter quae intuendū quare xp̄s  
in carne apparenſ fabri filius immo  
faber appellari uoluerit. sanoq;  
intellectu sentiendum quod & iam  
per hoc seewis ante saecula filiū  
esse docuerit qui fabricator omni  
um in principio in principio  
creauit dī caelum & terram,

Nam & si humana non sunt  
comparanda diuinis. Tp̄ pur  
tamen integer est quia pater  
xp̄i igni operatur & spiritu.

Unde & de ipso tamquam de  
fabri filio praecursor suus ait,

Ips̄ uor baptizabit inspū scō  
& igni qui indomā magna huic  
mundi diuersi generis uasa fa  
bricat immo uasa irae spiritus

igne moliendo in misericordiae  
uasa commutat. Unde bene mala  
chias cum ex persona patris diceret  
Ecce mittam angelum meum  
& præparabit uiam ante faciem  
meam. & statim uenit ad templū  
suum dominator quem uos quae  
ritis post pauca subiunxit atque ag  
& sedebit conflans & munidans  
argentum & purgabit filios leui.  
Et confablit eos quasi aurum &  
quasi argenteum, sed huius sacre  
menti iudei ignari diuinae uir  
tutis opera prosapia, Carnalis  
contemplatione despiciunt  
sicut non solum ex praecedentib;  
iporum sed & iam ex subsequentib;

dñi uerbis appareat cum subditur,

ETAIT ILLIS, UTIQUE DICITIS  
MIHI HANC SIMILITUDINEM,  
MEDICE CURA TEIPSUM.  
QUANTA AUDIUIAMUS FACTA  
INCAPHARNAUM FAC ET HIC  
IN PATRIA TUA.

Quorum insana perfidia sanam  
licet nesciens fidem confitetur  
quae dñm xp̄m fabrum  
cognominat & medicum,

Faber est enim uerus quia omnia  
per ipsum facta sunt;  
Medicus est quia omnia per ipsum  
restaurata sunt in celis & in terra.  
Et sicut dicit ipse testatur Non ha-  
bent opus sanum medicos sed male haben-  
tes; Et quia diximus quo instrumento  
fabricandi dicamus & quo utatur  
genere medicandi; Propterea & Keriens  
uidit caecum anatituitate expuit  
in terra & fecit lutum desputo  
leuiuitque super oculos eius & dixit  
ei uade laua innatoria siluae  
quod interprudatur missus abut  
ergo & lauit & uenit uidens.

Agnosce igitur magnae modi  
medicinae & gaude quia per  
hanc inluminari meruisti

Lutum de terra caro Christi est  
sputum de ore diuinitas eius est  
quia caput Christi dicitur; sputum luto  
in mixtum nos inluminat innata  
toria siluae baptizatos quia uer  
bum caro facta est & habitauit  
in nobis. & uidimus gloriam  
eius quam prius tenebris arcen  
tibus conprehendere non po  
teramus; Per fabrum ergo Christum.

creatus est ut esset per medicum  
Christum recreatus est ut post uulne  
ra sanus esset; Qui ab inriden  
tibus quidem ciuibus se ipsum  
curare hoc est in sua patria  
virtutes facere monstrarunt sed  
non otiosi ab euangelista  
alio excusatur quia non poter  
rat ibi iustitatem ullam facere  
nisi paucos infirmos in positis  
manibus curruerint; Et miraba  
tur propter incredibilatem  
illorum Ne forstasse quis uilio  
rem nobis fieri debere patriae  
putar & affectum; Amabat  
itaque ciues seipso se caritate  
patria qui libuere priuabant.

**xxi** **A**IT ALIUM MAMEN DICO UOBIS /  
qui nemo propheta  
acceptus est in patria sua,  
Prophetam dici inscripturis  
domini Christi & mortis testis est.  
Qui autem prophetam uobis suscita  
bit dominus uester defnitrib; uestris  
tamquam me ipsum audiatis  
Non solum autem ipse qui  
caput & dominus est prophetarum  
sed & helias hieremias & ceteri q;

proph&ae minoris in patria  
quam in exterris ciuitatibus habiti  
sunt quia prope modum natu  
rale est ciues semper ciuib;  
inuidere. Non enim considerant  
presentia uiri opera sed fra  
gilem recordantur infantiam  
quasi non & ipsi per eosdem  
a&catis gradus admaturam  
a&atem uenerint,

xxii

### IN UERITATE DICO UOBIS /

MULTAE UIDUAE ERANT  
IN DIEBUS HELIE IN ISRAEL  
QUANDO CLUSUM EST  
CAELUM ANNIS TRIBUS  
ET MENSIBUS SEX TU FACTA  
ESSET FAMES MAGNA IN  
OMNI TERRA ET AD NULLA  
ILLARUM MISSUS EST HELI  
AS NISI INSAREPTA SIDONIAE

AD MULIEREM UIDUAM.  
**N**on inquit hoc quod diuina  
fastidiosissimis beneficia sub  
traho proph&arum gestis aduer  
satur quia sicut fame quondam  
omnem terram premente ne  
mo est iniudaea repperitus heliae  
dignus hospitio sed exter aegentis

est uidua quae sita quae ob fidei  
gratiam at tanto proph&a uisitari  
deberet & sicut multis ibidem leprosi  
neman tantum frrus quia deuote  
quaesierat ab heliae proph&acu  
rari promeruit sic & uos non  
alia quam iniudiae perfidiaq;  
causa superno munere priuabit  
Quorum si facta proph&arum  
& iam allegorice discussis  
lumen profecto dñm in patriae  
suae aquare ceptus non est per  
fidia superbiam notasse iudeorū  
Nomine uero capharnaum quae  
ager consolationis interpr&atur  
gentium praedicasse salutem  
Ubi maiora cotidie signa per  
apostolos apostolorum q; successo  
res. Non tam incorporū quam in  
animarū sanatione patrarentur  
Igitur uidua ad quam heliae missus  
est gentium designat ecclesiā  
quae a suo diutius conditore deserte  
populum rectae fidei nescium quasi  
pauperē filium egena sti pe nutri  
bat Id est uerbo fructus exposte  
docebat Donet adueniens sermo  
proph&icus qui exsiccato uellere

Israhelis ut pote clausa caeli ianua  
 fame periditabatur in iudea  
 pascitur ibi simul & pascitur &  
 & receptus uidelicet a credentibus  
 & reficiens ipse credentes,  
 Unde bene haec eadem iudua  
 de sarepta sidonae dicitur esse  
 morata. Sidonia quippe uenatio  
 Inutilis sarepta uero incendium  
 uel angustia panis interprætatur  
 Quia ubi abundauit peccatum  
 super abundauit gratia. Ubi reb;  
 super uacuis adquirendis quasi  
 aucupandi cura inpendebatur  
 ubi dirae sitis incendium panis  
 que spiritualis antea fiebat an  
 gustia ibi farina oleumque  
 ore prophæco benedicitur id est  
 fructus & hilaritas caritatis  
 siue gratia corporis dominici  
 & chrismatis unitio indefectio  
 uerbi caelestis munere  
 fecundatur. Cuius hactenus  
 in uasis oleum gaudi spiritualis  
 & benedictionis farina non  
 defecit cœteris quae non cre  
 dunt gentibus inopia panis  
 diuini miseris & uenati debitis

Inutilis; Nam & ipsa pulcherrime  
 mysticum sibi priusquam morr  
 etur panem factura duose ligna  
 colligere uelle testatur; Non  
 solo ligni nomine sed & iam  
 numero lignorum signum cru  
 cis exprimens quo nobis est panis  
 uitæ praeparatus aeternæ;  
**E**t multi leprosi erant  
 in Israhel sub helisæo  
 propheta et nemo eorum  
 mundatus est. ~~in se man~~  
 syrus  
 Quia nota est historia demisste  
 rio necesse est paucis intimus;  
 & nemant iste syrus qui inter  
 prætatur decor populum demons  
 trat nationum quondam per  
 fidiae scelerumq; lepro maculosu  
 sed per sacramentū baptismatis  
 ab omni mentis & corporis foedi  
 tate purgatum qui captæ con  
 silio puellæ hoc est inspirationis  
 supernæ gratia quam iudeis  
 conseruare non ualentibus  
 gentes rapuere salutem  
 sperare commonitus septies  
 lauari lubetur Quia nimis

solum baptismi genus quod ex  
spiritu sancto regenerat saluat;  
**Unde iure caro eius post**  
lauacrum uelut caro pueri  
parui apparuisse memoratur  
sive quia cunctos in xpō  
baptizatos in unam parit  
gratia mater infantiam.  
seu magis ille sit intellegen  
dus puer de quo dictum est  
**Parvulus natus est nobis.**  
**filius datus est nobis.**  
**Cuius corpori per baptismum**  
tota credentium suboles  
ad unatur; Et ut cuncta hic  
baptismi scires sacramenta  
praemonstrata in quo abre  
nuntiare satanae fidem con  
fiteri praecepimus Negat se  
neman ultra diu alienis litaturū  
soli per omnia dñō seruiturus;  
**Pastem quoq; terrae sanctae**  
secum collere gaudet Quia bapti  
zatos oportet dominici quoq; cor  
poris participatione confirmari;  
Merito legitur neman cuius dum  
aqua corpus alluitur fide pec  
tus abluitur Id est populus

gentium iudeis lepros con  
tumaciae squalentib; antefestur  
Merito uidua sareptena id est  
ecclesia ligno crucis refici  
desiderans iudeis fame uerbiper  
euntib; pane sacro sancti corporis  
& uiu fici spiritus unctione  
recreatur probatur q; dñs non  
obsuam inpotentiam ciuibus sed  
ob eorum incidentiam uisitatum  
dona negasse Atque hoc exemplo  
totam postremo gentem non quia  
non amaretur sed quia ipsa se amari  
non amaret abeo derelictam  
doctorib; scilicet inde ob salvationē  
gentium toto orbe dispersis  
sed quod dñs uerbo de iudeis  
hoc ipse dese iudei facto testan  
tur Nam sequitur;  
**ET REPLETI SUNT OMNES**  
**IN SYNAGOGA IRA HAECL**  
**AUDIENTES ETSURRE**  
**XERUNT ETEICERUNT ILLU**  
**EXTRACIUTATEM**  
**Sacrilegia quippe iudacorum**  
quae multo ante dñs praenunti  
auerat per prophētam dicens  
scribuebant mihi mala probonis.

In euangelio docet esse completa,  
 Nam cum ipse per populos  
 beneficia diffunderet illi iniurias  
 inrogabant; Nec mirum si  
 perdiderunt salutem qui eice-  
 runt de suis finibus salutarem;  
 Moraliter enim dominus & qui  
 docuerit exemplo sui aposto-  
 los suos omnibus omnia fieri.  
 Nec uolentes repudiat nec inui-  
 tos alligat nec eicientibus reluctat  
 nec rogantibus deest sic gera-  
 senos alibi cum iustites eius sus-  
 tinere non possent quasi infir-  
 mos & ingratios reliquit.  
 Simul intellege non ex necessita-  
 te fuisse sed uoluntariam corpo-  
 ris passionem Nec captum aiu-  
 daeis sed a se oblatum & enim  
 quando uult capitur quando  
 uult labitur quando <sup>uult</sup> suspendi-  
 tur quando uult non tenetur  
 Et duxerunt inquit illum  
 usque ad superciliū  
 montis supraquā cīcītas  
 illorum erat aedificata  
 ut praecipitarent eum ipse  
 autem transiens per medium

ILLORUM IBAT,  
 Opelior magistro discipulorum  
 hereditas diabolus uerbodū  
 temptat Iudei factos ille dicit  
 mitte te. Iste adoriantur ut  
 mittant. Ecquidem dominus super  
 cilium montis praecepit andus  
 ascenderat sed per medium illorum  
 mutata subito uel obstupefacta  
 furentium mente descendit quos  
 adhuc sanare quam perdere  
 malebat. Ut cassata uidentes sua  
 coepit nequitiae aposcenda dein  
 cepit eius morte desisterent,  
 Nec dum enim uenerat hora pas-  
 sionis quae non quo libet sabbato  
 sed in parashēue paschae futura  
 extiterat. Nec dum locum pas-  
 sionis qui non innazarē sed hie-  
 rosolymis hostiarum sanguine  
 figurabatur adierat sed nec hoc  
 genus mortis qui crucifigendus  
 a saeculo praeconabatur elegerat,  
 Non igitur annazareis praecepitari  
 non ab hierosolymis lapidari  
 Non inter pueros bethleemitas ab  
 herode perimi non alia uel alia  
 uoluit morte consummari. Quod

enim tali moste regiae potestatis  
indictum quo fidelium frons ar-  
matur eminere. sed solum crucis  
expectatum est vexillum cuius  
figura & celerrimo dexteræ  
motu contra maligni hostis  
temptatione depingi & ipsa  
nihilominus figura monarchiae  
singularis potius & trpus haberi.  
**U**t quomodo triumphum crucis  
exponens apostolus ait In nomi-  
ne ihuxpi omne genu flectatur  
caelestium & terrestrium & in  
fernorum. Hoc est enim quod eis  
dem crucis cacumina caelos  
tendunt. Ima p&unt Inferos  
cornua terram tegunt.

**E**t descendit in capernaum  
ciuitatem galilaeæ ibique  
docebat illos sabbatis,

**U**ide clementiam dñi salvatoris.  
Nec indignatione commotus nec  
scelere offensus nec iniuria uiolatus  
iudeam deserit. quin & iā in memor  
iniuriaæ memor clementiae.  
Nunc docendo nunc liberando  
nunc sanando infidæ plebis  
corda demulcet. Quod autem

sabbatis maxime medicinae  
doctrinaeque suae dona frequentat  
docet & se non sublege esse sed su-  
pra legem qui eandem quoque  
legem adimplere. Non autem  
soluerem uenerit Nec iudaicum eli-  
gere sabbatum quo uel ignem  
accenderet. uel manum pedemq;  
mouere non liceat sed uerum  
sabbatum dilectamq; dñō esse  
requiem si saluti studentes ani-  
marum ab opere seruili id est  
a cunctis contineamus inlicitis.  
**E**t stupebant indoctrina  
eius quia in potestate

**S**ERAT SERMO IPSIUS  
Sermo doctoris in potestate fit  
cum ea quae docet operatur. Na-  
quiactis ipse sua dicta destruit.  
contemnitur. Cui contra docto-  
rem instituens apostolus ait.  
Nemo adulcentia tuā contemnat.  
singulariter autem dñs ac princi-  
paliter solus ex potestate bona locu-  
tus est. quia ex infirmitate mala  
nulla commisit. Ex diuinitatis  
quippe potentia habuit. Id  
quod nobis per humanitatis suæ

**XXXIII**

**xxiiij.**

Innocentiam ministravit.

Alio tempore erat sermo  
ipsius sive ut alius euangelista  
dicit erat docens eos sicut  
potestatem habens & non sicut  
scribae quae per legem didiceraunt  
praecepta populis dabant, ipse  
vero quasi auctor Impletorius  
legis uel mutando uel augendo  
quae minus uidebantur libere  
agendo substituit.

**xxv** **E**T IN SYNAGOGA CLE RATHOMO HABENS DAEMONIUM IN MUNDUM.

Bene in synagoga homo erat.  
qui spm scm amiserant, Introie  
rat enim diabolus unde xp̄s exie  
rat. sicut & iam nunc quidam  
dicunt se iudeos esse & non sunt  
sed sunt sinagae satanae.

**E**T EXCLAMAVIT VOCE MAGNA  
DICENS, SINE QUID NOBIS ET  
TIBI ihu NAZARENE.

Paulum inquit ame uexando  
quiesce cui nulla est cum nostra  
fraude socias, Et uere, quae  
enim participatio luci ad tenebras.  
quae communicatio xp̄i ad bellum

VENISTI PERDERE NOS, SCIO

TE QUI SIS SCDS DI,

**N**on uoluntatis ista confessio est  
quam praemium <sup>non</sup> sequitur confi  
tendi sed necessitatis extortio  
quaecogit inuitos. Et uelut si  
serui fugitiui post multum tem  
poris dominum suum uideant.  
nihil aliud nisi deuerberibus  
depraetantur sic & daemones cer  
nentes dn̄m interris reppente  
uersari ad iudicandos se uenisse  
credebant, presentia saluatoris  
tormenta sunt daemonum,

**E**T INCREPAVIT ILLIHS DICENS,

OBMUTESCE ET EXI ABILLO,

**Q**uoniam inuidia diaboli mors  
Intrauit in orbem terrarum.

Ideo contra ipsum mortis  
auctorem primo debuit  
medicina salutis operari.

Primo lingua serpentina  
ne ultra uirus spargeret & obcludi-

**A**c deinde femina quae  
prima seducta est acarna his  
concupescitiae febre  
curari. Testio uir qui  
male suadentis dicta

conjugis audiuit ab erroris sui  
lepra castigari. Ut ipse apud  
hunc euangelistam esset ordo  
restauracionis qui fuerat &  
casus

**E**t cum proiecisset illū  
daemonium in medium  
exit ab illo nibil que

**D**illinocuit  
Diuina permissione liberan-  
dus a daemone homoproici-  
tur in medium ut iustus  
patefacta saluatoris plures ad fidē  
uiamque salutis inuitet, sed quod  
dicitur nibilq; illum nocuit *vide* **XIII**

aut repugnare marco qui ait,  
**E**t discerpens <sup>lips</sup> in mundus & ex-  
clamans uoce magna exiuit ab eo,

**N**isi intellegamus hoc dixisse mar-  
cum discerpensem quo ducas  
dixit. & cum proiecisset illum  
in medium ut quod securus ait  
nihilq; eum nocuit Intellegatur  
quia iactatio illa membrorum  
atq; vexatio non eum debilitauit  
sicut solent exire daemones  
quam quibusdam membris am-  
putatis aut evulsis. Unde merito

protam integra restitutione  
sanitatis qui aderant pauciter  
tam & si nondū credentes ad in-  
uicem dicebant.

**Q**uia in potestate et curitate  
imperat spiritibus in  
mundis et exeunt.

**E**xpellere enim daemona &  
homines sci sed in uerbo di possunt.  
ipsum autem di uerbum propria  
potestate iustites operatus.

**S**urgens autem desynago  
ca introiuit indomusimo  
nis socrus aut esimonistene  
batur magnis febris.

**S**i uirum a daemonio liberatum  
moraliter animum ab in munda  
cogitatione purgatum significi  
care dixerimus. Consequenter  
femina febris tenta sed ad  
imperium domini curata carnem  
ostendit & a concupis <sup>cor</sup> ciae suae  
feruore per continentiae  
praecepta frenitam.

**O**mnis enim amaritudo & ira  
& indignatio & clamor &  
blasphemia spiritus in mundi  
furor est. fornicatione vero

in munditiam libidinem concu  
piscentiam malam & auaritiam.  
quae est simulacrorum seruitus.  
febrem inlecebrose carnis intellege.  
**E**T ROGauerunt illum pro  
ea, et stans super illum  
imperauit febri et dimi  
sit illum;

**M**odo saluator rogatus mo  
do ulro curat aegrotos.  
Offendens se contra peccatorum  
queque passiones & praecib; sem  
per adiuere fidelium. & ea que  
ipsi minime inse intellegunt uel  
intellegenda dare. uel iam non  
intellecta dimittere. Juxta quod  
psalmista postulat; delicta quis  
intellegit ab occultis meis munda  
me dñe;

**E**T CONTINUO SURGENS  
MINISTRABAT ILLIS,  
**N**aturale est febricitantib;  
incipiente sanitate lafescere. &  
aegrotationis sentire molestiam.  
Uerum sanitas quae dñi con  
fertur imperio. simul tota reddit.  
Non solum ipsa redit. sed & tanto  
robore comitante. uter continuo

69

quisé adiuuerant ministerre  
sufficiat. & iuxta leger tropo  
logiae membra quae seruerant  
in munditia adini quitatem. ut  
fructificarent morti seruant  
iustitiae in uitam a&ernam.  
**C**um sol autem occidisset.  
omnes qui habebant in  
firmos carnis languoribus.  
ducebant illos ad eum. at  
ille singulis manus in po  
nens curabat eos  
**S**olis occubitus. passionē mortemq;  
significat illius qui dixit quamdiu  
in mundo sum. Lux sum mundi; &  
sole occidente. plures daemonicaci.  
quam ante plures sanantur aegroti.  
Quia quitemporaliter incarne  
uiuens paucos iudeorū docuit.  
Calcato regno mortis omnib; per  
orbem gentib; fidei salutisq; dona  
transmisit; cuius ministris quasi  
uitae lucisq; praetorib; psalmista  
cant. Iter facite ei qui ascendit su  
per occasum; super occasum quippe  
dñs ascendit. quia unde in passione  
occubuit. Inde maiorem suam  
gloriā resurgendo manifestauit;

**xxvii.** EXIEBANT ETIAM DAEMONIA  
A MULTIIS LAMENTIA ET  
DICENTIA: QUAES FILIUS D<sup>I</sup>;  
ET INCREPANS NON SINEBAT  
E ALLOQUI: QUAES SCIEBANT IPSUM  
ESSE X<sup>P</sup>M;

**D**aemonia filium d<sup>i</sup> confiteban-  
tur. & attestante euangelista scie-  
bant ipsum esse x<sup>p</sup>m. Quia que-  
dierum quadraginta leuacio  
fatigatum. diabolus hominem  
cognouerat nec temptando uale-  
bat an & d<sup>i</sup> filius ess<sup>e</sup> experiri.  
Iam nunc per signorū potentia  
uel intellectu<sup>m</sup> uel potius suspica-  
tur est esse filium d<sup>i</sup>; Non igitur  
ideo iudeis eum crucifigere  
persuasit. quia x<sup>p</sup>m siue d<sup>i</sup> filiu  
non esse putauit. sed quia se-  
moste illus non praeuuidit esse  
damnandum. Uere enim de hoc  
misterio a saeculis abscondito  
dicit apostolus: Quod nemoprin  
cipum huius saeculi cognouit;  
sienim cognouissent numqua d<sup>n</sup>m  
gloriae crucifixissent; quare autē  
daemonia d<sup>n</sup>r s<sup>e</sup> loqui prohibeat.  
Psalmista manifestat. Quia it;

Peccatori autem dixit d<sup>r</sup>; quare tu  
enarras iusticias meas & cetera.  
Ne quis dum praedicantē audit sequa-  
tur errantem, improbus enim  
magister est diabolus qui falsa uera  
saepe permiscet. Ut specie ueritatis  
testamoniu<sup>m</sup> fraudis obtexat; Alius  
autē non solum daemones. qui iniuti  
confitebantur iubentur silere x<sup>p</sup>o.  
Sed & illi qui abeo sanati sponte con-  
fiteri uolebant. Immo ipsi apostoli  
quieum post resurrectionē toto  
erant orbe prædictaturi. ante pas-  
sionē eius præcipiuntur omnino  
reuertere de illo. Nediuina uidelicet  
maiestate prædicata passionis dis-  
pensatio differetur & dilata passione  
salus mundi. quae per hanc futura  
erat negatur;

**xxviii.** FACTA AUTEM DIE EGRESSUS  
IBAT IN DESERTUM LOCUM.  
ET TURBE REQUIREBANT  
EUM ETUENERUNT usque  
AD IPSUM; ET CETERA.  
**S**i occasu solis d<sup>n</sup>i mors ex-  
primitur. quare non die redire.  
resurreccio illius indicatur.  
Cuius manifestata luce

acredentium turbis inquiritur  
& ingentium deserto inuentur  
ne abeat d&in&cur maxime cum  
haec prima sabbati quo resurrectio  
caelebrata egressio quae sitio & in  
uentio contigerit;

**xxv.** Factum est autem cum  
turbe inruerent in eum ut  
audirent uerbum dei ipse  
stabat secus stagnum  
Gennesareth;

**S**tagnum gennesar&h idem  
dicunt esse quod mare galilaeae  
uel mare tiberiadis sed mare galili  
læae ab adiacente prouincia  
dictum mare tiberiadis proxima  
ciuitate quae olim chenner&h uocata  
sed ab herode tetrarcha instau  
rata in honorem tiberii caesa  
ris tiberiar est appellata;  
Porro gennesar alaci ipsius  
natura qua crispatibus aquis  
de se ipso sibi excitare aurum  
perhibetur grecu vocabulo  
quasi generans sibi auram  
dicitur; Neque enim instagni  
morem sternitur aqua sed  
frequentibus auris spirantibus

agitatur haustu dulcis & ad  
potandum habilis; sed hebreæ  
linguae consuetudine omnis  
aquarum congregatio siue  
dulcis siue salsa mare nuncupatur;  
Qui lacus inter fluente iordanem  
cxl stadiis in longitudinem &  
xl extenditur in latitudinem;  
Quia ergo stagnum siue mare  
praesens saeculum designat.  
dñs secus mare stat Postquam  
uitie labentis mortalitatem  
deuincens mea qua passus est  
carne stabilitatem perp&uae  
qui&is adiit;  
Turbarum conuentus adeum  
genti am infide concurrentiū  
tripus est. De quibus Isaia  
Et fluent inquit adeum omnes  
gentes & ibunt populi multi & dicent;  
Uenite & ascendamus ad montem dñi;  
Et uidit duas naues stantes  
secus stagnum;  
**D**uae naues secus stagnum  
positae circum cisionem &  
praeputium figurant;  
Quas bene ih̄s uidisse perhibetur  
quia in utroque populo nouit dñs

qui sunt eius eorumque cor  
a fluctibus saeculi huius ad future  
vitae tranquillitatem quasi ad  
soliditatem litoris uidendo. hoc est  
misericorditer uisitando prouehit.

**PISCATORES AUTEM DESCEN-**  
**DERANT ET LAUABANT RETIA.**

Piscatores sunt ecclesiae docto-  
res quinos r&e fidei compr e-  
hensor. & de profundo adlumen  
elatos quasi pisces litori. sic terrae ~~xxx~~  
uiuentium aduehunt, quasi  
enim quaedam r&a piscantium/  
sunt complexae praedicantium  
dictiones/ quae eos quos ceperint  
infide <sup>infine</sup> non amittant. Inde &  
r&a. quasi r&inentia sunt uoca-  
ta, sed haec r&a modo laxantur  
In capturam modo lota plicantur.  
quia non omne tempus est habile  
doctrinae/ sed nunc ex erenda  
lingua doctori non sum& cura-  
gerenda.

**ASCENDENS AUTEM IN UNANUE**  
quae erat simonis rogauit  
eum A TERRA REDUCERE PUSILLUM  
ET SEDENS DOCEBAT DENACU  
LATURBAS;

**N**avis simonis est ecclesia  
primitua De qua paulus ait/  
Qui enim operatus est p&ero  
in apostolatum circumcisio[n]i/  
operatus est & mibi inter gentes  
bene una dicta /qua multitudi-  
nis credentium erat. cor & anima  
una/de qua docebat turbas. quia  
de autoritate ecclesiae docet  
usque hodie gentes;

**Ut cessauit autem loqui.**  
DIXIT AD SIMONEM / DACTIN  
ALTUM / ET LAXATE RETIAS  
TRAIN CAPTURAM;

**Q**uod primo rogauit simonem  
nauē a terra reducere pusillus  
significat uel temperate utendū  
uerbo ad turbas/ ut nec terrena  
eis praecipiantur, Nec sic a terre  
nis in profunda sacramentorum rece-  
datur/ utea paenitus non intellegat  
uel prius in proximis regionib; gen-  
tib; praedicandū/ ut quod dicit item  
petro. Ouc in altum/ & laxate  
r&a uestra incaturam/  
Ad remotiores gentes/ quibus  
postea praedicatum est  
pestat;

ET RESPONDENS SIMON DIXIT  
ILLI; PRÆCEPTOR PERTANCTE NOCTE  
LABORANTES NIBIL CEPIMUS IN  
UERBO AUT TUE LAXABORETE;  
**N**isi dñs aedificauerit domum  
Inuano Laborant qui aedificant  
eam / Nisi dñs cor illustrauerit  
auditorum / doctor in nocte  
laborat / nisi in uerbo gratiae  
superiae laxata fuerint instru  
menta disputationum fructu  
uocis suae predicator taculum  
mittit / Quia fides populorum  
non sapientia uerbi composita sed  
diuinae uocationis munere prouenit;  
ET CUM HOC FECISSET CON  
CLUSERUNT PISCIA MUL  
TUDINEM COPIOSAM; RUM PEBAV  
Præ multitudine piscium  
R&e rum pebatur / quia nunc  
ad confessionem fidei & iam  
cum electis reprobitanti  
intrant / qui ipsam quoque  
ecclesiam heresibus scindant,  
Rum pitur autem r&e  
sed non labitur pisces /  
Quia suos dñs & iam inter  
persequentium scandala seruat;

71  
ET ANNVERUNT SOCIS QUI  
ERANT IN ALIANAUNI ET UERENT  
ET ADIUVERENT EOS;  
Alia nauis ut praediximus  
est ecclesiæ degentibus quæ  
& ipsa non sufficiens una  
nauicula piscib; impletur electus  
quia nouit dñs qui sunt eius /  
Et apud ipsum cestus est suorum  
numerus electorum /  
Dumq; tot iniudica credituros  
non inuenit / quot ad fidem  
suumq; uitamq; praedestinatos  
nouit aeternam / Quasi aliae  
nauis receptacula / piscib; quæ  
rens suis / corda quoq; gentium  
fidei gracia repl&; Et bene rupto  
r&e socia nauis aduocatur / qm  
ante iudas pro ditor ante simon  
magus pisces nequissimi capti  
sunt / ante annanias & saphira /  
fidei r&e subdole temptabant Ingrede  
ante ut iohannes testatur /  
multi discipolorum eius abie  
runt r&e & iam non cum illo  
ambulabant; Ac deinde barna  
bas & paulus / ad gentium sunt  
apostolatum secre&tati

ETUENERUNT ET IMPLACERUNT  
AMBAS NAUCULAS INTACTAS

MERCERENTUR.

**H**arum implatio nauium usq;  
In finem saeculi crescit sed quod  
implae mergitur hoc est in  
submersione praemuntur non  
enim submersa sed tamen sunt  
periclitata. Apostolus exponit  
dicens. In nouissimis diebus erunt  
tempora periculosa & erunt  
hominer seipso amantes &c &c.

**N**am mergi naues est homines  
in saeculum ex quo elati perfidi  
dem fuerant morum prauitate  
relabi. Quales & ipse petrus ad  
huc in infirmitate positus hoc

loco demonstrat. Unde sequitur.

**xxx.** QUODCUM UIDERET SIMON  
PETRUS PROCIDIT AD GENUAM HAB  
DICENS, EXIAME QUILA HOMO  
PECCATOR SUM DOMINE.

**Q**uia carnaler quicquid in ecclesia regi  
men spiritualium in quibus maxime  
xpi persona eminens a se quodammodo  
repellunt. Non enim hoc uoce  
linguae dicunt bonis ministris dī  
ut eos a se repellant sed uoce morum

& actuum suorum sua dent a se  
recedere per bonos regantur &  
eo uehementius quo deferunt  
eis honorem & tamen factissimis  
a se recedere ammonent. Ut hono  
rificentiam eorum significauerit  
per nos cadens ad pedes domini mores  
autem in eo quod ait. Examine  
domine quia peccator homosum  
Quod tamen qui non fecit dominus  
non enim recessit ab eius sede os  
subductis naviis ad litus perduxit  
significat in bonis & spiritualibus  
uiris non esse opere hanc  
uoluntatem ut peccatis turbarū  
commoti quo quasi securus tran  
quiliusque uiuant munus ecclesi

asticum deseruit.

**xxxii.** ET TALIT AD SIMONEM IHS,

NOLI TIMERE,

**C**onfostat dominus timore carnaliū  
animosque fragiliū consolando  
erigit. Ne quis uel de suae consci  
entiae culpe tremens uel de alio  
rum innocentia stupens scitatis iter  
formidet ad gredi quod autem sequitur.

Ex hoc iam homines eris  
capiens.

**A**d ipsum p̄rum specialiter pesti  
nec exponit enim ei dñs quid haec  
captura piscium significet quod  
uidelicet ipse sicut nunc per r̄gia  
piscis sic aliquando per uerba sit  
capturus homines totusq; facti  
huius ordo quid in ecclesia cuius  
ipse t̄pum tenet cotidie geratur  
ostendat; quod uero subiungitur.  
**E**t subductis ad terram  
nauibus relictis omnibus  
secutis sunt eum.

Potest significare finem tem-  
poris quo abhuius m̄di salo qui  
xpo inbeserint penitus recessuri  
sunt. Sciendum est autem hanc  
eadem non esse lectionem qua  
mattheus & marcus binos dena-  
uiculjs p̄scatores primo p̄rum  
& andream deinde filios zebedei.  
ad nō narrant esse uocatos.  
Non enim lucas nūc ad nō uoca-  
tos sed tantum p̄ro fuisse p̄ae-  
dictum quod homines esset cap-  
turus insinuat. Quod non ita  
dictum est quasi iampisceret  
quam esset capturus. Nam  
& post resurrectionem dñi.

legimus eos esse p̄scatos.  
Unde datur intellegi eos ad  
capturam piscium ex more remeas  
se ut postea fieret quod mattheus  
& marcus narrant quando eos  
binos uocauit. Tunc enim non  
subductis ad terram nauib; tamquā  
cura redeundi sedita eum secuti  
sunt tam quam uocantem aciu-  
bentem ut sequerentur.

**E**t factū est cum esset  
in una ciuitate et ecce  
cir plenus leprætuidens  
ib⁹ et procidens infaciem  
et rogitat eum dicens,  
dñe si uis potes memundare,

**B**ene ubi leprosus mundatur  
cessus non exprimitur locus  
ut ostendatur n̄num poplū  
specialis alicuius ciuitatis  
sed omnium populos fuisse  
sanatos. & quia dñs ait  
non ueni soluere legem sed  
adimplere. ille qui excludet  
batur a lege purgari se  
dñi potestate praesumens non  
ex lege sed supra legem  
esse gratiam iudicabat.

Quae leprosi maculam possit  
abluere. Verum ut in dñi po-  
testatis auctoritus ita in illo fidei  
constantia declaratur ille insa-  
ciem procidit quod humilitatis  
est & pudoris. Ut unusquisq; de-  
suacutae maculis erubescat.  
sed confessionem uerecundia  
non repreaesit. Ostendit uul-  
nus remedium postulauit. &  
ipsa religionis & fedei plena con-  
fessio est. Siuis inquit potes  
me mundare in uoluntate dñi  
